Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Terentii Andria Germanice Reddita et Scholijs illustrata. Ioann. Agri. Isleb. Avtore

Terentius Afer, Publius

Berlin, 1544

Actvs primi scena secvnda

urn:nbn:de:bsz:31-129051

Visual Library

ACTVS PRIMI SCENA SECVNDA

Partim Senarij, partim Octonarij. Dimeter vnus, quo diſtinctionis cauſa vſus eſt per medium, inquit Priſcianus

SIMO ſenex. DAVVS ſeruus

Non dubium eſt, quin vxorem nolis filius.
Ita Dauom modo timere ſenſi, vbi nuptias.
Futuras eſſe audiuit, ſed ipſe exit foras.
Da. Mirabar, hoc ſi ſic abiret. & Heri ſemperlenitas,
Verebar, quorſum euaderat, Dimeter.
Qui poſtq̃ audierat non datum iri filio vxorem ſuo,
Nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit, neq; id ægre tulit.
SI. At nunc faciet, neq;, vt opinor, ſine tuo magno malo.
DA. Id voluit, nos ſic nec opinanteis duci falſo gaudio,

Speranteis iam amotu mætu, interea oſcitantes opprimi.
Ne eſſet ſpacium cogitandi ad diſturbandas nuptias
Aſtute. SI. carnufex quæ loquitur. Da. herus eſt, neq; præuideram.
SI. Daue DA. hem, quid eſt? SI. eho dum ad me. DA. quid hic volt? SI. quid ais? Da. qua de re? SI. rogas?
Meum Gnatum rumor eſt amare. DA. id populus curat ſcilicet.
Si. Hoccine agis, an non? DA. ego vero iſthec Si. ſed uunc ea me exquirere.
Iniqui patris eſt. nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet
Dum tẽpus ad eam rem tulit, ſiui, animum vt expleret ſuum.
Nunc hæc dies aliam vitam adfert, alios mores poſtulat.
Dehinc poſtulo, ſiue æquum eſt, te oro DAVE. vt redeat iam in viam.
DA. Hoc quid ſit, Si. omnes, qui amãt, grauiter ſibi dari vxorem ferunt
DA. Ita aiunt Si. tum ſiquis magiſtrum cepit ad eam rem improbum.
Ipſum animum ægrotũ ad deteriorem partem

parem plærunq; applicat.
DA. Non hercule intelligo. Si non? hem
DA. non. Dauos ſum, non Oedipus.
SI. Nempe ergo aperte vis, quæ reſtant,
me loqui? DA. ſane quidem.

SI. Si ſenſero hodie quidquā in his te nuptijs
Fallaciæ conari, quo fiant minus.
Aut velle in ea re oſtendere, quam ſis callidus.
Verberib, cæſum te in piſtrinū, DAVE dedam vſq; ad necem.
Ea lege atq; omine, vt ſi te inde exeme-rim, ego pro te molam.
Quid hoc? intellextin? an nondum etiā ne hoc quidem? DA. imo callide
Ita aperte ipſam rem modo loquutus, nihil circuitione vſus es

SI. Vbiuis facilius paſſus ſim, quam in hac re, me deludier.
DA. bona verbo queſo SI. irrides? ni-hil me fallis. ſed dico tibi,
Ne temere facias. neq; tu haud dicas tibi non prædictum, caue.

ACTVS